

iussit illum duci ad se. & cum appropin-  
 quasset interrogauit illum dicens; quid tibi uis faciā  
 At ille dixit; Dñe ut uideam; & ih̄s dixit illi; Respice  
 fides tua te saluum fecit; & confestim uidit. & seque-  
 batur illum magnificans dñm; & omnis plebs ut uidit  
 dedit laudem dō. **E**t ingressus p̄ ambulabat hiericho  
 & ecce uir nomine zacheus. & hic erat princeps publicanorū  
 & ipse diues. & quærebat uidere ih̄m quis esset & non  
 poterat præ turba quia statura pusillus erat; Et p̄-  
 currens ascendit in arborem sycomorū ut uideret illū  
 quia in die erat transiturus; & cum uenisset ad locū suspi-  
 cians ih̄s uidit illum. & dixit ad eum; Zachee festinans  
 descende quia hodie in domo tua oportet me manere  
 & festinans descendit. & excoepit illum gaudens; & cū  
 uiderent omnes murmurabant dicentes; qđ ad homine  
 peccatorem diuertisset; stans autem zacheus dixit  
 ad dñm; Ecce dimidiū bonorum meorū dñe do paupe-  
 ribus & si quid aliquem fraudauit reddo quadruplum;  
 At ih̄s ad eum; quia hodie salus domui huic facta est  
 eo qđ & ipse filius sit abrahæ;

**U**enit enim filius hominis querere & saluum facere qđ  
 perierat. **H**æc illis audientibus. adiciens dixit parabolā  
 eo qđ esset propheta iherusalem. & quia existimauerunt quod  
 confestim regnum dñi manifestaretur; **D**ixit ergo homo  
 quidam nobilis abiit in regionem longinquā accipere sibi  
 regnum & reuerti; **U**ocatis autem decem seruis suis dedit  
 illis decem minas & ut ad illos negotiarentur dum uenio ciues  
 autem eius oderunt illū. & miserunt legationem post illū  
 dicentes; nolimus hunc regnare super nos; & factum ē ut  
 rediret & accepto regno iussit uocari seruos quibus dedit